



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

L. † Mogvntino-Coloniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

Carauacana †.

84

Staurologia

statui iussit, Carauacanas dictas, ob similitudinem cum miraculosa ea cruce, quæ Carauacæ Hispaniæ in oppido colitur.

L. ✠

MOGUNTINO-COLONIENSIS.

NOstratibus Crucibus libet quoque adnumerare illam, quam ex vbijs olim spontè sua Moguntiam migrasse, ac demum flammis absumptam, sub tempus belli rustici perhibent. De qua Serarius in hist. Moguntina cap. 31. lib. I.

Ex Serarij Moguntia cap. 31. lib. I.

Templum B. Mariae in campis olim vocatum, nunc sanctæ Crucis, quia insigni S. Crucis miraculo nobilitatum. Et M. S. quidem minor in Archiepiscopo XVIII. duplicem narrat Crucis imaginem, quæ miraculo diuinitus illustrata sit: & vnâ ait in templi testudine, quæ Moguntiam venientes nautas ita sponte secuta sit, ut cum insistentibus insisteret, cum nauigantibus,

tibus, aduerso etiam flumine, tenderet quo
 ad Moguntinum attigisset littus. Vbi bobus
 iniungibus & solutis imposta, huc loci, agente
 ducenteq; nullo, delata sit. Atq; hanc Bran-
 deburgicum, de quo c. 7. absumpsit incendium,
 ita, vt non nisi apud paucos & fere seniores, il-
 lius aliqua resideat memoria. Didici autem ab
 horum aliquibus, eam in superiore templi par-
 te ad igneum vsq; annum illum seruatam: pre-
 ces ibi & dona Christo Iesu Crucifixo, cum a-
 lias ob causas, tum ob febrim maxime depel-
 lendam, oblata: loci, in quo Moguntinam
 Rheni ripam primo subierit, indicem esse illam
 Crucis imaginem, qua postmodum, in vrbis
 muro subinde picta fuit: & nunc, portas inter
 lignariam & bombardariam, sordibus, qua-
 drisq; asserum venalium struibus pænè occuli-
 tur. Et verò eandem illam sibi, Petroq; fabro,
 vni è Societatis Iesu decem primis conspectam,
 pieq; cultam refert noster pia memoria Petrus
 Canisius in literis, quarum l. 5. in Car-
 dinale Alberto, erit men-

tio.

F 3

EPILO-